



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CXLI. Ioannis Papae VIII. Ad Ioannem Episcopvm Papiae. Vt sibi Taurinum obuiam veniat, & epistolas a se scriptas quibusdam episcopis dirigat, vt ipsi ad Concilium accedant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

## EPISTOLA CXL.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD IOANNEM EPISCOPVM TICINENSEM.

Raptores vxoris cuiusdam Ragiberti excommunicari iubet.

*Reuerendissimo & sanctissimo confratri nostro Ioanni venerabili episcopo Ticinensi.*

**D**ENIQUE Ragibertus quidam nomine, Iudex cognomento, coram nobis veniens questus est super Gotfredum filium Ioannis comitis palatii, & Iselbertum subdiaconem, atque Heribaldum notarium filium Garibaldi, eo quod legaliter sibi filii sui nuptam Gausildam nomine contra Canonum, & legum auctoritatem, per vim & per forciam abstulerunt, calcato illo præcepto, quo Dominus ait: *Quod Deus coniunxit, homo non separat.* Quapropter apostolica adhortatione zelum tui sacerdotii ad hortamen caritas Dei accendat, & quasi tuba exalta vocem tuam, & inquis iniquitatem suam annuntiare non cesses, ne sanguis eorum de manibus tuis requiratur. Prædictosque transgressores omni Christiana communione priuare non differas, donec legaliter emendent quod nequiter perpetrare ausi sunt. *Quod si te audire neglexerint, perpetuo eos anathema esse decernimus.* Data ut supra.

## EPISTOLA CXLI.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD IOANNEM EPISCOPVM PAPIÆ.

Vt sibi Taurinum obuiam veniat, & epistolas a se scriptas quibusdam episcopis dirigat, vt ipsi ad Concilium accedant.

*Reuerendissimo & sanctissimo Joanni Papiae episcopo.*

**S**ANCTITATI tuae notum fieri volumus, quod nunc Taurinensi in ciuitate consistimus. Ceterum dirigimus, vt continuo omni occasione postposita nobis venire ne differas obuiam. Vide ne ab alicuius decipiaris insti-

ctu,

Et tu fortasse, quæ minime credimus, pro parte Mediolanensis archiepiscopi, quoniam specialiter noster es, & manualis. Et quia de nullius nisi nostra ditione consistis\*  
\* deoꝝ,  
iubeo vel  
quid hu-  
inmedi.  
vt epistolam quam suffraganeis episcopis Rauennatis ecclœ, Paulo Placentinæ, & item Paulo Regiensi, atque Liudoino Mutinensi, cum celeritate mittere procurestis, vt statuto die Papiam veniant: quatenus de sanctarum item Dei ecclesiarum & communi, atque vniuersali salute tractare valeamus. Data ut supra.

## EPISTOLA CXLII.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD VVIBBODVM, PAVLVM, ET PAVLVM  
AC LIVDOINVM EPISCOPOS.

Iubet ut Papiam ad Synodum accedant.

Reuerendissimis & sanctissimis Vvibbodo venerabili episcopo Par-  
mensi, & Paulo Placentino, & Paulo Regiensi,  
& Liudoino Mutinensi episcopis.

SANCTITATEM vestram scire cupimus, quoniam octa-  
uo Kalendas Decembris Taurinum venimus, inde,  
Deo duce, Papiam veniemus, & ibi Synodum pro sta-  
tu Dei ecclesiarum celebrabimus. Quapropter mittimus  
apostolicaque auctoritate expresse iubemus, vt quarto  
Nonas Decembris, ibi omni occasione remota, ad Syno-  
dum esse beatatis. Et qui primo hanc epistolam legerit,  
alio sub omni festinatione transmittat. Videte ne aliter  
faciatis: quoniam si aliter feceritis, canonico feriemini  
vigore. Data ut supra.